



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quo tempore accesserit Iairus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

quam nova Evangelij doctrina ab hominibus exigit, hominibus adhibere infirmis & incapacibus indicat. Sic enim vsu veniret, ut & doctrina fructus periret. & ipsi à virtutis perfectioris transi-
re quem tenere ceperunt, alienarentur: & penus haberent, quã prius exspectandum proinde quousq; celesti spiritui innoventur. Neque ergo asseritur, p̃usa ieiuniorum præcepta, & difficile, ac calefieri genus, meū, inquit, discipulis adhibere infirmis, subito præscribi potest, ne difficultati ac magnitudini instituti succumbant, & doctrina pereat.

Beza ad pericula & tentationes accommodat. Ista vero, inquit, veraque similitudine, significat Christus haberi humanam infirmitatis rationem à Deo, qui non sinat nos supra vires tentari, id eoq; paulatim militie laborib; suos assuesciant, quod in ipsis etiam Apostolis præstitit, sic moderatus hostium sequitium, ut primum quidem minus agerent, vnde aliquantopost, ad verba, ac tandem ad caedes peruenit, est, quo etiam respicit, quod scribitur Iob. 17. 11. & 12. & 1. Cor. 10. 13.

De infirmitate quidem agitur humana; non tamen Christus de persecutionibus futuris sermonem habet; sed discipulis Ioannis, quos ad interrogandum Iudei excitant, respondet, causamq; reddit, cur nunc ieiunare non debeant, postea sint ieiunaturi. Nec enim respondet, postea eos sub persecutione passuros, sed non ieiunare, quod inferens, postea ieiunaturos.

VERSUS 17.

Neque mittunt vinum novum in vres veteres, alioquin rumpuntur vres, & vinum effunditur, & vres pereunt. Sed vinum novum in vres novos mittunt: & ambo conservantur.

QUESTIO I.

Quid vinum novum?

§. i. Latior in eadē similitudo. Quamvis nonnulli, veteres vres legem, & ceremonias arbitrentur, quibus non sit miscenda Evangelij religio. Sed rectius de Apostolis interpretatur. Quo ex loco Ecclesiæ ieiunia recte deducimus & probamus. Nam in vres novos nova vina infundenda, novas leges dando novis animis.

Basilus in Pl. 32. vres veteres homines nōdum re-novatos, novos regenos, qui de vite Sp. S. accipiunt. Irenæus aduersus hæreses, contra eos, qui novum & vetus testamentum confundebant, ait: Nec vnuquam modo quidem mundi fabricatorem. Modo eum qui supra hunc (est) glorificaret patrem, quem admodum ipse ait: nōdum tunc mittit commissuram vestimenti noui in vestimentum vetus, nec mittit vinum in vres veteres. Igitur aut omni modo & ipsi abstineant se à prophetis, tanquam à veteribus; & non dicant eos ea novitate, quæ secundum principalitatem est qua-
dam dixisse, præmissos à Demitrio: aut rursus arguantur à Do-
mitio dicente, novum vinum non mitti in vres veteres.

QUESTIO II.

An Manichæi recte hinc vetus testamentum reiecerint?

§. i. F. Aulus apud S. Augustin. dixit: [Quare non accipis Testamentum vetus? Quia iam præuen-
tus novo. Veteri autem & novo non convenit ut Scri-
ptura testatur, nam pannus, inquit, novum nemo affuit
vestimento veteri, alioquin maior scissura fiet. Quia
ergo maior fieri vobis scitis, scissuram faceret, cauteo
Christianam novitatem Hebraicæ vetustati cōmiscere.
Quis enim non etiam fordidum indicet, nōvis vesti-
mentis indutis non donare inferiorib; vetera? Qua-
propter ego etiam si natus essem Iudeus, ut fuerat
Adam Conzen in Evang. Tom. I.

Apostoli, dignum tamen erat me nouo accepto testa-
mento, vetus repudiare, ut fecerunt ipsi.]

Augustinus respondit: Vnde non pannum novum vesti-
mento veteri affuimus, sed erudimur in regno calorum, ad fini-
litudinem illius patrisfamilias, quem commemorat Dominus in inter-
proferente de thesauro suo nova & vetera. Ille autem affuit p̃a-
mentum novum vestimento veteri, qui continentiam vult habere spi-
ritalem, & non illi deposuit spem carnalem. Nam legite dilige-
ter, & videre de ieiunio Dominū interrogatum, respondisse, ne-
mo affuit pannum novum vestimento veteri. Adhuc enim discipu-
li Dominum carnaliter diligebat, quando quidem de ne occisum
amiserent, formidabant. Vnde Petrus reuocantē se à passione,
Satana in appellat, quod non sciret quid Dei sunt, sed quæ ho-
minum. Proinde attendite in illa phantasia vestra de regno Dei,
vnde istam lucem Solis carni conspiciam, tanquam ad exemplū
vobis propositam diligitis, & adoratis, quam carnalē spem gerā-
tis: & inuenietis ieiunia vestra quomodo prudentie carnis, tan-
quam vestimento veteri assuantur. Verum tamen cū pannus no-
uus vestimento veteri nō conveniat, vnde potuerunt principib;
tenebrarum membra Dei vestri non adiuncta, atq; confusa, sed
quod est vehementius cōmixta & concreta coherere? An virgū,
vetus est, q̃a vtrumq; falsum, & vtrumq; de prudentia carnis est?
Nisi forte inde vultis probare, vnum fuisse novum, alterū vetus:
quia maior scissura facta est, ut miserabilis p̃anus de regno lucis
abscederet, & globo tenebrarum æterna pena configeretur.

§. 2. Irenæus l. 4. contra hæreses c. 66. novum Testa-
mentum veteri succedisse, non tamen blasphemandū veteri Te-
stamento, qui & vetus dedit, & illi novum succedere vo-
luit, Antiqua, inquit, nolite reputare: ecce facio noua, quæ nunc succedūt,
orientur, & scietis: & faciam in deserto viam, & in terra ina-
bonum quosa, sumina ad potandū, genus electum populum meum quē bono
acquisiuit, ut virtutes meas enarret, quæ est novi Testamenti li-
bertas, hanc manifeste annunciabant, & novum vinum, quod
in nouos vres mittitur per fidē, quæ est in Christo, quam am-
ciuit ortam in eremo viam iustitiæ, & in terra in aquosa Sp. S.
ad aquare genus electum Dei, quod acquisiuit, ut virtutes eius
enarrentur, sed non ut blasphemarent eum, qui hac fecit Deus,
& reliqua omnia quæcumq; per tantā seriem Scripturæ demon-
strauimus prophetas dixisse, spiritualis verē quæ est, interpretabi-
tur vnumquodq; eorum, quæ dicta sunt, in quem dictū sit cha-
racterem dispositionis Domini, & integrum Corpus operis Filij
Dei ostendens, semper eundem, Deum sciens: & semper eundem,
Verbum Dei cognoscens, etiam si in nouissimis temporibus noue
effusus est in nos, & à conditione mundi p̃p̃ ad finem in ipsum
humanum genus, ex quo qui credunt Deo, & sequuntur verbū
eius, percipiunt eam, quæ est ab eo salutem. Qui vero abscedunt
ab eo, & contemnunt præcepta eius, & per opera sua inhono-
rant eum qui se fecit, & sententia sua blasphemant eum qui
se alit, iustissimum aduersus se coaceruat iudicium.

VERSUS 18.

*Hac illo loquente ad eos: ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, di-
cens: Domine Filia mea modo de-
functa est: Sed veni, impone ma-
num tuam super eam, & viuet.*

QUESTIO I.

Quo tempore accesserit Iairus?

§. i. V. Incertius nosse difficultatem proponit, de
tēpore. In Matthæo clarum putat, eum do-
mum Marthæ venisse; nā cum adhuc Dominus de ie-
iunio disputaret, aduenit. Et dicitur Lucas 10. id factū est
domi Marthæ, q̃a ingressum scribit, necegressum in-
dicat. Huic repugnare videtur Mar. c. 5. 21. qui ait eum
fuisse circa mare. Duas solutiones adhibet. Prima est,
domum Marthæ fuisse prope mare. Altera, cū dicitur
fuisse circa mare, indicari Christum eo tēpore mariti-
mis in locis prædicasse, non a. ad litus eum tēpore dis-
cessisse.

Q. 2

Respon-

Disputatio
non vide-
tur domi
Matthaei
fuisse.

Responsiones illae ut verae sint, & accipiendae, ita tamen non necessariae. Etenim non existimo Phariseos adeo fuisse importunos, ut in domum Matthaei irrumpirint, & disputarint, & si illi forte id ausi fuissent, de Ioannis tamen discipulis id suspicari nolum. Inuitatus erat Iesus, magnum erat conuiuium, in quo publicani & alii, ut ait Luc. 5. 28. Itaque splendidi conuiuii, & magnus apparatus, confidebant ad mensam etiam discipuli, ut est in Marc. 2. 15. Incivile porro, imo periculosum videbatur, in alienam domum, durante conuivio, disputationem odiosam instituire, qua probarent, patres familias, & conuiuias non esse dignos quibuscumque vir honestus cibum sumeret. Nec cum discipulis clam id agere poterant, quandoquidem & illi discumbebant. Deinde cur non expectarent exiguum tempus dum descenderent, neque enim in multas horas conuiuium protactum est. Addo non esse verisimile, Ioannis discipulos intro progressos, ut de ieiunio coram publicanis disputarent. Quin nec Pharisei suam puritatem contaminari peccatorum praesentia existimassent: Hinc ergo facile nodus dissolvitur. Non enim in conuivio, sed eo absoluto, Christo ad nauem egresso, & in via cum discipulis disceptarunt, & disputationi interuenit Iairus, & Christus ut appareret consortio peccatorum se deteriorem non esse factum, mortuum puellam in vitam reduxit.

QVÆSTIO II.

An in historia consentiant Euangelistae?

§. 1. **D**omine, in quibusdam omittitur. Hunc locum calumniati sunt, quia videtur aliis repugnare Euangelistis. Hic dicit *ἀπὸ τοῦ θανάτου*, modo defunctam esse, apud Marc. 5. 27. dicitur *ἐκ τῶν νεκρῶν*, in extremis esse, apud Lucam *ἀπὸ τοῦ θανάτου*, moriebatur, extremum trahebat spiritum cum abiret *ἀπὸ τοῦ θανάτου*, & iam non falso mortuam suspicabatur. Multum autem rogabat, ut est apud Marcum, & quia iam desperauerat de vita eius, mortuam dicit. Quaedam exemplaria habent *ἀπὸ τοῦ θανάτου*. Irenaeus. l. 5. c. 15. principem interpretatur *ἀπὸ τοῦ θανάτου* summum sacerdotem. Sed ex Marc. 5. 25. constat fuisse principem Synagogae.

§. 2. Insignis hic locus in testamento Syro, ubi titulus praefigitur: *בְּרִיבְרָא בְּרִיבְרָא* beducherena daghabide. In commemoratione defunctorum, quo loco ostenditur, haec lecta esse, cum sacrificia pro defunctis offerrentur. Quod in Ecclesia Catholica fuisse antiquissimi moris, ipsi haeretici, & inter eos Zanchius statuerunt. fatetur.

§. 3. Adorabat Christum, *προσκύνησεν*, *προσκύνησεν* adorabat, non civili honore, sed maiore, quem uti Prophetæ deferebat, & viro Sancto. Atque ita calumnias Phariseorum retundebat. Lucas, cecidit ad pedes eius: nomen eius Iairus à Matthæo non exprimitur.

Hinc Wolfgangus Musculus probare contendit, ipsa *προσκύνησεν* idololatriam committi, cum genua figimus ante statuas Christi, vel sanctorum. Non tamen controuersia in re esse potest, si verborum absint proprie hō- cauilla. *προσκύνησεν* commune est, Deo & creaturis exhibetur, Imagini nunquam, nisi improprie, & ut refertur ad prototypum.

VERSUS 20.

Et ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.

QVÆSTIO I.

Quid? & recte mulier fecerit?

§. 1. **M**arcus & Lucas addunt, mulierem eam omnes suas facultates in medicos expēdit; itaque tanto fuit euidētius miraculum. accessit retro, pudore sexus, & morbi. Leu. 15. sanguine fluens immunda erat, itaque metu & pudore clam accessit. Inter multos igitur Christum prementes, haec sola tangit. Virtus exiit, operata est. Fimbriam Syrus vocat *ῥαβδί* cornū extremum, Deut. 22. 12. vocantur *ῥαβδὶ*, Zizich filamenta quaedam fimbriaeque, quibus a gentibus distinguebantur. Vide Num. 12. Deut. 22. Itaque non nulli putant, illius tactum, velut sacrum elegisse: Verum illa videtur infimum delegisse, tati enim Christi potentiam aestimabat, ut minimae rei ad eum pertinentis attractu sanatum iri se confideret: sed fimbria hic non nisi extremam oram vestis indicat.

§. 2. Hoc ex mulieris facto diuersa dogmata eliciunt diuersi Interpretes; Calvinus mulieris zelum indiscretum reprehendit. Nos reliquiarum venerabilium ad prototypum tendentem approbamus. Mulierem satis Dominus defendit, cum iubet confidere, filiam vocat, fidem laudat. Non tamen existimat vim esse in vestibus, imo vis est solius Christi, & fidei, quae in Christum refertur, hac confisa afflicta mulier incipit miraculum, dicens, *ἐν ἐμοί*, Era, intra se, itaque supra male verterunt: inter se.

§. 3. Marcus 5. 27. ista addit: & fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat.

Eadem ferè Lucas c. 8. nisi quod Petrum ait respondisse.

Primo, in medicos omnia erogauerat, sed deterius habuit, ut quia mulier suspecta de fraude esse potuit, haberet testes medicos, in suum probum non mentituros, & cognatos.

Secundo. Plurima perpeffa fuerat à medicis, & non potuit curari. Maior ergo humana fuit virtus, qua curata est.

Terrio. Siccatu est fons sanguinis, non modo in praesens ablatus dolor, sed causa morbi momento sublata est.

Quarto. Virtutem ait exiuisse. Non quod virtus ab eo localiter abscesserit, ut bene monet Fulgentius, sed quod nouum effectum ediderit, latius. Matth. 14.

§. 4. Hinc itaque manifestum est, mulierem non peccasse, quam Christus sanat & tuetur, & fide seruata proficitur, fide enim fimbriam tetigit. Consequitur etiam neque nos peccare, cum res sacras, & ad Christum peculiari modo pertinentes, honore proprio ad Christum relato prosequimur.

VERSUS 23.

Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum Principis & vidisset tibicines & turbam tumultuantem.

QVÆSTIO I.

Cur tibicines & turba tumultuans?

§. 1. **T**ibicinum cantum, & alia praefatum opera damnat Piscator, & alii. Verū si modus seruatur, grauiusque ad solatia vinorum, requiem defunctorum, Dei gloriam omnia referantur, honor defunctis habitus culpae non debet. Et si enim luctus non est augendus, sed imminuendus; non tamē *ἀπὸ τοῦ θανάτου* probanda est, cum sine sensu viuentium, intimi decedunt. Qui n. dolentes ob carorum funera solantur, iidē non mori-